

V. cl. ut si quidem fasciculum Vratislaviam
 mittendum his adjunctum accipias : tuto
 mea caussa cures perferri Vratislaviam ad
 communem amicum D. Jac. Monavium : ut
 ejus opera transmittatur ad patronum
 meum magnum Sigismundum a Burckhaus,
 ejusque filium Nicolaum, cuius literas ho-
 die accepi. Nicolaus Episcopius privignus
 Doctoris Samuelis, (c) de quodam Noriber-
 gensi, qui cum ipso locutus est Francofurti
 de Statu nostrae Academiæ, me monuit.
Suspicor fuisse vel D. Geuderi filium vel
 tuum fratrem. Præstat autem in Ver usque
 novum omnia differri. Omnia felicia Domi-
 no Parenti tuo & toti familiæ, tibiique inpri-
 mis precor. 5. Octobr. Basilea. 1582.

were tui memor & amans

J. Grynæus.

EPISTOLA XVI.

SClariss. D. Doctor, Compater optatis-
 sime. Cum rogatu Lazari Kötzleri, pen-
 sum

recenseat, commensales laudes, inspectionem
 singularem in illos extollat, & nescio quæ plura
 ad persuadendum idonea proferat.

(c) credo intelligere Grynæum, Samuelem Grynæum
 J. C. celeberrimum, Magni illius Simonis filium,
 qui Jus Romanum per 30. annos magna dexter-
 itate docuit, obiit Basil. 1599. æt. 60.